

aduersus monasterium sit prescriptum, pro ipsis reis iudicandum est, ut in dictis iuribus. Monachus enim siue monialis per ingressum religionis amittit patriam potestatem, atque in Abbatis & monasterij illius ditio- nem transit, gloss. in leg. s. ex causa, §. Pomponius, verb. cum statim mutat, ff. de minorib. quam dicit communem Ias. in l. 2. in princip. n. 22 ff. de vulgar. & pupill. subst. Boerius decisi. in fin. & Anton. Gomez in l. 6. Taur. numer. in fine, communem quoque testatur Illustrissimus Anton. de Padilla in Transfere, numer. 39. C. de transact. n. 11. & sic potuit monasterium agere, & non fuit im- pedita filia.

Secundo etiam possumus dicere, quod prescriptio supra dicta incepit currere in vita matris D. Ioannae statim, quod venditio fuit celebrata per ipsius patrem Do- mino Franciso de Monroy antecessori reorum, quia licet fuisse d. fundus ex bonis dotalibus matris d. Domini Ioanna, & constante matrimonio non currat vxori prescriptio, ut in l. in reb. C. de iure dot. cum simil. quia vxor est impedita agere, potest tamen attenuari, quod hodie hoc non procedat, attental. 157. Tauri, qui habe- tur, Quod Index cum causa cognitione legitima vel necessaria cogat maritum, ut licentiam praster vxori ad omne illud, quod ipsa facere non posset absq; licen- tia sui viri, quod si maritus coactus renuat, index ipse possit eam vxori concedere.

Quoniam iuxta hanc l. videtur, quod vxori, durante matrimonio, non possit dici esse impedita, quominus in iudicio possit petere, quod sua intererit, veluti dote alienatam, cum ad instauratum ipsius index cogere debeat maritum, ut sibi centiam praeferat ad hoc: ipso au- tem negante vel differente, index tanquam bonus vir- eam pratestabat, quod secus erat de iure communiantel. illam Tauri, praeterquam respectu parapernalium, ut constat ex traditis per D. Couarr. lib. 1. var. resol. c. 8. n. 8. & Roder. Suar. in l. 13. tit. 20. lib. 3. for. 3. q. fol. 56. & 57. & hac ratione de iure communii non curribat prescriptio vxori respectu bonorum dotalium alienatorum durante matrimonio. Cum igitur hoc cessare videatur, attesta d. Regia, incipit currere prescriptio in proposito a die venditionis, qua celebrata fuit olim, quinquaginta & duo iam sunt anni, quandoquidem adfuit titulus & bo- na fides. Quod etiam tali consideratione probatur: quia regula text. in d. l. in rebus, cum simil. qua habet: Quod impedito agere non currit prescriptio, limita- tur, praterquam si impeditus potuit remouere illud im- pedimentum, & fuit negligens in remouendo: quia hoc casu bene currit prescriptio, ut late tradit Francisc. Bal- bus in tract. p. 6. parte princ. in princip. n. 23. vol. 8. tract. diversi. doct. fol. 64. sed mulier hodie potest hoc impedimentum remouere, petendo a iudice, quod d. l. Regia dicit; Igitur, &c.

Nec contra dict. reos obstat interruptio Dominae Mariæ sororis atricis, ex libello aduersus patrem ipsorum in iudicio porrecto super parte d. fundi, litigique contestatione in super sequita. Nam huic obiectioi respondetur, quod interruptio haec ciuilis non prodest alii personis, quam interrumpenti, ut in l. intra, in prin. ff. de diversi. & temporali. prescript. per quem text. ita tec- net gl. expresa in l. cum notissimi. §. mo & illud, verb. in nouam, ibi, & haec ciuilis prodest tantum interrumpenti, & non ali. C. de prescript. 3. vel 40. annorum, quam glossam, ut alios omittam, testatur communiter approbatam Balbus in tract. prescript. in 4. p. 3. p. 6. partis principal. 3. q. n. 46. vol. 8. fol. 71. & Illustrissimas Ant. de Padilla. m. l. 2. n. 83. C. de servitu. & q. vbi alios allegant. Nec interruptio nocet in aliis rebus prescriptis, etiam respectu earund. personarum, quam in illis, in quibus interruptio facta est, ut in d. c. audit. in fine de prescript.

Vltimo non obserit si allegetur, quod in instrumen-

to venditionis d. fundi, quam fecit olim quidam Va- seus Francisc. de Sylva in fauorem d. Domini Francisci de Monroy asseritur, se vendere suo & vxoris nomi- ne, quo t̄ videtur d. dom. Franciscum habuisse malam 10 fidem respectu eius partis, quā constiterit fuisse vxoris venditoris, sicut minime potuisse illo tempore prescri- bere, quia non habuit vsuaciendi conditionem, iuxta nota, per Bart. in l. qui fundum, §. ff. pro emt. & in l. cum vir. in fin. ff. de usucap. vbi tenet, quod emens a procuratore alterius non praescribit, non constitit de mandato, vel si non est dictum a fide dignis personis illū pro- curatore habere mandatum.

Quoniam contrarium tenent Angel. & Imol. in d. l. cum vir. ad fin. vbi, quod qui contrahit cum illo, qui se procuratorem alterius esse affirmat, habet iustus errorem, & sic videtur esse in bona fide, & per consequē habere usuaciendi conditionem, iuxta Celsus, ff. de usucap. Et inquit Imola, quod hoc satis videtur fuisse de mente Bart. si ponderaret. Cum qua opinione transit Bald. in tractat. prescript. in secunda parte tertia partis princip. 1. quæst. num. 5. fol. 23. vol. 8. tractat. diversi. doct. quem & alios plures referens eandem opinionem sequitur & probat Nicol. Boer. decisi. 281. n. 16. & 17. per text. optimum in l. ff. l. 1. C. de peti. hered. maxime in prescriptione longissimi temporis 30. annorum, ut constat ex Boerio, vbi supra.

Quod t̄ præcipue procedit, quando vendens nomine alterius tamquam eius procurator est persona fide digna & valde notabilis: quia tunc erit iusta causa ei credendi, iustusq; inducitur error atq; credulitas sufficiēt ad prescriptendum, ut in d. l. Celsus. Quia t̄ bono viro credendum est, iuxta gl. in l. Tito fundus, verb. actiones, ibi, & erat homo, cui videbatur credendum, ff. de condit. & demonstr. quam dicit menti tenendam Bart. ibi, eamq; commendant & sequuntur plures in diuersis locis. E quibus tantum referam Marant. qui in repet. l. is potest, num. 323. ff. de acquir. hered. plures allegans, qui eam sequuntur, inquit per eam, quod dictum hominis notabilis præbet iusta causam credulitatem, sicut fama publica & communis opinio, & Illustrissimus Anton. de Padilla, qui plurimos eam sequentes refert in Lervor. n. 49. C. de iur. & fact. ignor. præbet igitur causam prescriptendi dictum personæ notabilis, ut in d. l. Celsus, & per Bart. vbi supr. Sed vendor, de quo in nostro casu, fuit persona nobilis & principalis, valdeq; fide digna, ut est notorium, & constat ex processu; Ergo credendum fuit, & est nunc, habuisse mandatum ad vendendum no- mine vxoris suæ, dato sed non concessio, quod ipsa ha- beret partem in d. fundo, & per consequē fuit iustus error & credulitas ad prescriptam usuaciendi condi- tionem.

Maxime, quod Felin. in c. sicut. n. 31. ad fin. d. rei judic. ita expressè tenet & intelligit doctrinam Bart. vbi supr. Quod si afferens se procuratorem, vel alias mediator est persona valde fide digna, ut in proposito est emens, non dicitur habere malam fidem. Et inquit expressius Bald. in l. indicia. n. 5. C. de rei vend. quod dictum notabilis viri adeo inducit iustam credulitatem, quod ex eo causatur iustitiae, sufficiens ad prescriptiōnem, ma- xime, interuenientem fama: quem refert & sequitur Iaso. in l. n. 18. ff. de copr. quem facit. erit.

Non obstat t̄ dictum Baldi in l. 2. C. si ex falsi. instrum. 15 & sequacium, dum dicunt, mandatum non præsumi nec probari per cursum longissimi temporis, quia hoc posset habere locum, quando simpliciter allegatur man- datum, quod nulla ratione iustificatur: secus vero, quando instrumentum narrat, & dicit habere man- datum, quia tunc licet talia verba de per se non pro- bant, coadiuvātur tamen ex antiquitate temporis, per quam potest facilius coadiuvari & suppleri, vel etiam ex ali-

ex aliquibus indicijs: Præsertim, quoad inducandam bonam fidem illius, qui acquisiuit rem ab aliquo tan- quam procuratōre, vt possit dictam rem præscribere, sufficiat, quod ex conjecturis probaretur illum habuisse iustum causam putandi, illum esse procuratōrem: quia tunc titulus & bona fides caussata a iusto errore suffi- ret ad præscribendum ipsam rem, per text. in l. fin. ff. pro emt. vt alios allegans tradit Boerius vbi supra, n. 17. quæ conjecturæ adiunt, quando vendens tanquam pro- curatōrem erat persona valde fide digna, vt supra dictum est. Datum Placentiæ die secundo mensis Aprilis anno 1570. Hæc l. fuit postea dicta in Regali Cancelleria Granateni in fauorem dictorum reorum, quia fue- runt absoluti & liberati a petitione dictarum monia- lium, eisque perpetuum fuit impositum silentium su- per supradictis.

S V M M A R I A.

1. Sententia lata contra reum principalem, transacta in rem iudicatam exsequi debet contra ipsius fideiussorē rem de iudicato soluendo sine novo processu, quod si aliquas exceptiones habet fideiussor, in eadem exequitione examinabuntur.
2. Appellatio fideiussoris de iudicato soluendo a sententia lata contra principalem reum, transacta in rem iudicatam, non impedit exequitionem ipsius pe- titum.
3. Preceptum de soluendo intra certum terminum pre- cedere debet ante exequitionem, quod in ipso obliga- tione vel fideiussione terminus certus ad soluendum non est appositus.
4. Exequitione instrumenti guarentigie non habentis diem certum, per se non potest, antequam petatur debi- tum, & transacti aliqui dies, quibus debitor soluere possit.
5. Idem est si instrumentum habeat diem: adest tamen conditio, ut debitor certificari debeat per actorem an- te diem.
6. Appellatio non habet locum a mandato de exsequendo.

C O N S I L I U M X X I X.

VILO hoc processu super exequitione contra fideiussorem de iudicato soluendo, eius sum vo- ti, quod cum dictus reus sit fideiussor de iudicato soluendo decreto judiciali, sententia lata contra principale transacta in rem iudicatam debeat exequi contra ipsum fideiussorem sine novo processu: & si aliquas exceptiones habet fideiussor hic, examinabuntur in hac eadem exequitione, ut tradit Bart. in l. n. 2. verific. puto, quod contra fideiussorem ff. iudicat. solu., ex text. quem allegat in l. fin. §. fin. C. de vir. rei indic. & ibi gl. Et haec est communis opinio secund. Paul. de Castr. in l. dubius, §. exceptio, num. 5. ff. de iure iurian. & secund. Ias. in §. ergo si quis, eiusdem l. num. 2. & tenet gloss. magn. ad fin. in c. 1. de iniuriis in 6. sequitur plurimos allegans Boer. decisi. 277. num. 3. est communis, ut latissime tradit Roderic. Suar. in declarat. l. 2. tit. de los emplazamientos, lib. 2. fori, num. 5. & sequentibus, folio 289. & sequentibus: est etiam communis in testaf. & Aules, caput. 10. prator. in glossa, exequitione, num. 41.

2. Non t̄ obstat, quod fideiussor appellatur a dicta sententia cōtra reum principaliter lata, quoniam ipsius appellatio non impedit exequitionem, cum senten- tia non fuerit lata contra ipsum, sed contra reum principalem, & respectu eius translat in rem iudicatam: fideiussor autem se astrinxit iudicatum solui: Ergo si fideiussor mandat in eum exequi sententiam: & si fideiussor alleget aliquas exceptiones, pendente exequitione summarie examinatur & decidantur. Afferitq; Roder. Suar., quod sic practicauit in duob. negotijs ad se delatis. Ergo recte fuit prouisum in nostro casu, ut fideiussori in- timaretur sententia lata contra principalem, & quod foluerit intra certum terminum.

Vtterius etiam t̄ facit, quia a mandato de exequen-

do non habet locum appellatio, ut tradit communem

opinionem esse plures Dd. referens Maranta de ordin.

iudic. 6. parte princip. c. de appellat. n. 249. fol. 612. Et licet

Roder. Suar. teneat contrarium in repet. l. possit rem iu-

dicatam, in declarat. l. Regia, in vers. quer. utrum, n. 2. & 3.

ff. de re iudicata, fol. 257. & seq. ipse tamen ibi refert plures

CCCC. a

tenentes contrarium: & ipsius additio testatur contra Roder. Suar. in hoc esse communem opinionem, & ab ea non esse recedendum in iudicando, ex testimonio Alex. conf. 95. incip. viss. processib. lib. 2. in 2. col. Ita fuit postea pronuntiatum hic Placentia: quoniam iessum fuit per iudicem procedit in exsequitione vñq; ad ultimam pignorum lictionem, quod vulgo, sententia, de remate dicitur, & solui principale debitu actori cum expensis, viso hoc meo consilio.

S V M M A R I A.

1. Aliud pro alio exigi non potest ab inuito creditore.
2. Verbum dubium aliquius dispositionis declarari debet per verbum clarum eiusdem dispositionis.
3. Precedentium hec est una virtus, ut declarant sequentia.
4. Precedens clausula est maioris potentie ad declaracionem sequentium, quam sequens ad determinationem precedentium.
5. Dicta in prefationibus consentur repetita in conuentiobibus.
6. Geminatio locutionis seu multiplicata reiteratio actus importat firmitatem consensus, & diversitatem iuris ab actu simplici.
7. Geminatio verborum sapit præcisam coarctationem & omnimodam deliberationem.
8. Contractus quis si iudicatur ex mente contrahentium, sicut est ex ea, non vero ex verbis.
9. Peccato & monito requiritur necessario, antequam exsequio fiat: quando promittitur aliquid solvendum cum ipso creditor petierit.
10. Hoc procedit, etiam si in obligatione sit apposita dies & pena, si tamen inter partes fiat alcum, ut reus adhuc certificari debet per alterum, & num. 11. exemplificatur in instrumentis publicis, & in priuata scriptura recognita.
11. Verificatio instrumenti debet fieri & probari confessione partis aduersa, vel per ieses cum citatione debitoris receptos antequam mandetur exsequitio.
12. Qualitas sue virtus exsequitionis debet inesse a principio.
13. Instrumentum & contractus certa specie debet exequi in ipsam speciem, & debitor præcisus est compellendus ad eam tradendam.

C O N S I L I U M XXX.

VIlo processu exsequitionis petita pro parte domini Archidac. de Medellin contra dominum Auarum exsequitionem ipsam annullandam fore ex seqq. apparbit:

Primo, quoniam d. dom. Aluarus tantum se obligavit ad delegandum debitorem suum ipsi domino Archid. ad mensem Martij, ex quo possit debitum suum consequi, non vero ad solvendum. Cum igitur obligatus sit ad factum, non autem ad dādum, minime potuit conueniri nec exsequi pro quantitate praedita, sed tam ad delegandum dato ei termino, vt in mora cōstitueret. Quia si sicut aliud pro alio inuito creditori soluti non potest, ut sunt iura vulgaria, ita etiā aliud pro alio exigi non potest ab inuito debitor, cum sit validum argumentum correlatiu, vt probat tex. in l. domini prediorum. C. de agric. & censit. l. 11. & tenet Rip. in l. 2. §. mutuatio. n. 29 ff. scrit. per. Neq; enim aliquis potest conueniri plus quam sit obligatus, quia obligatio est iuri vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei solvenda gratia, ut in princ. Inst. de oblig. tit. gener. & in l. 11. 12. part. 5. Sed in presenti tantum adegit obligatio respectu delegationis, & sic non adegit iuri vinculum respectu solutionis in pecunia numerata; Ergo respectu ipsius nulla est obligatio, cum ipsa sit stricti iuri, ac

proinde non extendenda, ut in l. que quid astringenda, ff. de verb. oblig.

Nec oblit, quod post verbum, que libra, contentū in chirographo recognito a d. dom. Aluaru additur, y pagara, quia hoc ultimum verbum, y pagara, intelligitur modo supradicto, id est, delcando, quis delegatio in proposito est solutio, vel salte loco solutionis cedit.

¶ Quod præcipue probatur arg. l. 1. ff. de reb. dn. & co-

rum, qua ibinotant Dd. dicentes, quod verbum dubiu-

vnius dispositionis, declaratur & intelligitur per aliud

verbum clarum eiusdem dispositionis. Idem probant l.

heredes palam, & sed si notant, ff. de testam. & l. vtrum, & ibi

Bald. & Angel. ff. de per. hered. Socin. in l. si. in fine, ff. de re-

bis dub probatur etiam in l. si seruus plurum, & fin. ff. de le-

gat. ¶ Nam præcedentium hæc est vna virtus, ut decla-

reit sequentia, ut in l. si seruus plurum, & si tradit Mat.

de Affili. decisi. Neap. 37. m. 1. & secunda virtus est, ut ha-

beant potestatem restringendi, ut in l. si cum fundum, ff.

de verb. signif. Bald. consil. 357. incip. nota produce, & c. vo-

rum 5. refert & sequitur Rebiff. in tract. nominat. qu. 5. n.

21 pag. 128. pro quo est etiam expressa l. nam & posterio-

res, ff. de legib. Ergo verbum, y pagar, postea positum,

debet intelligi & restrixi per verb. librar, præcedens,

hoc est, quod solu. io statu delegatione. ¶ quia præce-

dens clausula est maioris potentie ad determinatione

sequentium, quam sequens ad determinationem præce-

dentium, scund. Bart. in l. quisquis, ff. de leg. 3. facit l.

quisquis, ff. quando dies legit. ced. Rebiff. ubi supra, nu. 23.

Item etiam, quia si dicta in prefationibus consentur re-

petita in conuentiobibus, ut probat tex. in l. Tertia, &

adem respondet ff. de verb. oblig. cum simil. Ergo verbum,

librar, dictum in principio, debet etiam censeri repetiti-

um, quando dicitur, y pagar, scilicet, librando, cum hoc

possit intelligi salua ratione recti sermonis, & cōuenio-

pro hoc non redditur inutilis, ut in d. s. idem respondet.

Item, quia si aliud dicere mus, daretur in cōtinenti cor-

rectio & nouatio obligationis, quia prius dicit qui li-

brara, & statim subicit, y pagara, quæ duo differunt re-

spectu speciei: Delegare enim est in nominibus debi-

toru soluere, ut in toto tit. C. & ff. denoua. & deleg. At ve-

ro verbum soluere, simpliciter & de per se prolatum, in-

telligitur in potiori significatu, hoc est, in pecunia nu-

merata. Sicq; intelligere, quod debeat delegare, hoc est

(librar) & postea in continent, quod debeat soluere in

pecunia numerata, sunt diueria & quodammodo repug-

niantia, induceretur; correctio & innouatio, quod

non est dicendum in dubio, ut sunt iura vulgaria, præ-

sentim in nouatione, quæ racte nunquam inducitur,

nisi expresse agatur, ut in l. fin. C. de nonat. cum materia, &

in l. 5. ut. 14. part. 5. Item verba debent intelligi secun-

dum subiectam materiam, ut in leg. si uno, cum vulga-

ribus, ff. locat. Sed subiecta materia in proposito est

delegationis, hoc est, de libranca, ut patet ibi, de

librar: Igitur verbum y pagar, postea sequens debet

intelligi secundum verbum subiectum præcedens, ex

libranca.

Secundo principaliter hoc probatur ex ipsomet chi-

rographo inferius, ibi, y siendo necessario haer recado, o

recados para ello, &c. Nā ex hoc manifestissime colligit-

ur, quod solutio debet esse in delegatione, iuxta quod

prius dictum fuit: quia si in pecunia numerata solu-

tio facienda esset, ad quid oportet domin. Aluarum

alia instrumenta celebrare, cum ex tunc remaneret ob-

ligatus? Quo fit, ut verba hæc necessario referenda sint

ad scripturam, aliaq; instrumenta requisita, ut solutio

in delegatione fortior effectum, veluti instrumentum

delegationis, ut debitores delegantis acceptent ipsam

delegationem, & soluant, quia hac est delegatio, vi in-

toto tit. C. & ff. de noua. & delegat. Sicq; his verbis repe-

titur, quod prius dixerat de delegatione, & geminatio-

locutio-

locationis seu multiplicata reiteratio actus importat firmitatem consensus & diversitatem iuris ab actu sim- pli, text. in l. 50. ff. de probat. & in l. Ballista, ff. ad Trebel.

tradit alia iura allegans Euerard. in centur. legal. loco 91. in princip.

Item geminatio verborum sapit præcisam coarcta- tionem & omnimodam deliberationem, ut cum Bald.

& Preposit. tradit Ant. Corset. in tract. de verb. geminat. n. 31. quies n. fin. vol. 1. tract. divers. doct. fol. 323. col. 3. ad fin.

& Roland. a Valle conf. n. 5. lib. 1. Ergo ita in proposito dicendum est, ut necessario & omnino schedula hæc sit intelligenda in solutione per delegationem. Tertio i-

dem † probatur optimo iuris argumento, quia quando ex aliquo contractu constat de mente contrahenti- um, non est curandum de verbis & nomine ipsius ap- positis in eodem contractu ad iudicandum quis con- tractus celebratus fuerit, sed standum est mente con-

trahentium: imo verba impropriantur ratione subiec- tæ materia, ut bene tradit Euerard. in cent. legal. loco 13.

in vers. secundo volo testi. Ergo ita in proposito dicendum est, quod cum expresse constet in prædicta schedula de mente debitoris obligantis se ad solvendum

in delegatione, idque constet ex verbis geminatis in eadem positis, ut supradictum est, non sit curandum de verbis, y pagar, cum etiam proprie possint & de- beant intelligi in delegatione, secundam subiectam materiam.

¶ Sed † posito, quod iuxta d. schedulam debitor tene- retur soluere in pecunia numerata, quod non est verū, adhuc exsequitio efficitur, prout etiam est nulla, quia ad fi- nem d. schedulae dicitur, y siendo necessario haer recado, o recados para ello, cada quando que por su merced me fuese repedido los bare. Advertendum est enim ad verba, cada

quando que por su merced me fuere pedido, &c. Nam per hæc verba declaratur, quod tunc dum ad id tene- tur, cum fuerit petitum a creditore, & non ante, quia quando aliquis promittit soluere aliquid alteri, cum i- pse creditor petierit, requiritur necessario peritio & monito antequam exsequio fiat, ut probat bonus tex. in l. si decem, cum petiero, ff. de verb. oblig. & tradit be- ne Felin. in c. lices. H. n. 2. & 3. de jymon.

¶ Quod † procedit, etiam si in obligatione sit apposita dies & pena, si tamen inter partes fuit actum, ut reus adhuc certificari debet per actorem, tunc enim talis dies non interpellat, ita quod mora sit impungabilis, quia nulla mora præcessit sine petitione. Ita tenet glo- fa in l. sta stipulatio. la magn. verbo, certo die, ff. de verb. oblig. vbi hanc opinionem sequitur expresse Bartol. n. 1. Ripa 13. & Socin. Iun. nu. 65. & ceteri scribentes: ex qua glo. notant Angel. & Paul. de Castr. quod si statutum dif- fonderet, instrumenta lapsu termino esse mandata ex- sequitioni, etiam per capturam, tale statutum non ha- beret locum, si in instrumento creditor promisisset ante diem certificare debitorem, eo quia per appositionem talis pacti videtur renuntiari beneficio statutum: quam il- lationem sequitur etiam Francisc. Ripa in l. sta stipula- tio. n. 14. & utrumq. Greg. Lop. in l. 8. tit. 14. part. 5. glo. 2. verbo. nota etiam.

¶ Quod † procedit, etiam si in obligatione sit apposita

dies & pena, si tamen inter partes fuit actum, ut reus adhuc certificari debet per actorem, tunc enim talis

dies non interpellat, ita quod mora sit impungabilis, quia nulla mora præcessit sine petitione. Ita tenet glo- fa in l. sta stipulatio. la magn. verbo, certo die, ff. de verb. oblig. vbi hanc opinionem sequitur expresse Bartol. n. 1. Ripa 13. & Socin. Iun. nu. 65. & ceteri scribentes: ex qua glo. notant Angel. & Paul. de Castr. quod si statutum dif- fonderet, instrumenta lapsu termino esse mandata ex- sequitioni, etiam per capturam, tale statutum non ha- beret locum, si in instrumento creditor promisisset ante diem certificare debitorem, eo quia per appositionem talis pacti videtur renuntiari beneficio statutum: quam il- lationem sequitur etiam Francisc. Ripa in l. sta stipula- tio. n. 14. & utrumq. Greg. Lop. in l. 8. tit. 14. part. 5. glo. 2. verbo. nota etiam.

¶ Vbi exemplificat † in instrumentis publicis seu in priuata scriptura recognita, quæ in hoc Regno habent exsequitionem paratum, quod id non habeat locum,

quando dies certa est apposita cum pacto, quod ante diem certificatio debet fieri per actorem: quoniam illud pactum reddit terminum conditionalem. Ergo idem dicendum est in nostro casu, cum sit eadem ra- tio: quia debitor ita demum obligatus, si fuerit petitum, si que obligatio non est pura, sed conditionalis & qua- lificata, ac proinde non habet exsequitionem paratum, quo adiisque verificata fuerit, ut late tradit post alios Roder. Suarez in l. post rem iudicatum, limitatione 5. ad l.

Exercentes officium caponis & stabulari, sunt infames infamia facti, attenta opinione & estimatione, quæ ha- beatur de his personis in Hispania.

2. Infama iuris vel facti non solum repellit, sed admissum honorificum iudicis habitum.

3. Nullus debet eligi in iudicem, qui non sit dignissimus & meritus & facultatis.

4. Valeat argumentum de teste ad iudicem negatine.

5. Qui fecit aliquid, quoniamus habeatur, non potest ef- fe teſſis.